



OS D. DIEGO SARMIENTO DE VALLADARES POR LA GRACIA

de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Obispo, Inquisidor General en los Reynos, y Señorios de su Magestad, de su Consejode Estado, &c. Por quanto la Santidad de nuestro muy Santo Padre Innocencio XI. por su Breve, motu proprio, manda prohibir del todo, y que se recojan las laminas de plomo, y pergamino, y los libros del Monte Santo de Granada, y Torre Turpiana, por ser lo que en ellas se contiene falsamente atribuydo à la Virgen Santissima Madre de Dios, nuestra Señora, à Santiago el Mayor, y à sus Discípulos Thesifon, y Cecilio, y otras cosas que se contienen en el dicho Breve, que se publicò en Roma en veinte y ocho de Setiembre deste presente año, que su tenor es como se sigue.

INNOCENTIVS PAPA XI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

AD circumspectam Romani Pontificis, cui gregis sui custodiam commisit Altissimus, noscitur providentiam pertinere, vt quæ Christianæ Religionis, Catholicæque fidei veritatem pernitosis dogmatibus, fictitijsquè reuelationibus, & fabulosis narrationibus corrumperem valerent, ea Apostolici censura iudicij configere, & à Christi fidelium oculis, mentibusquè procul amouere studeat, ne animas pretioso Salvatoris, & Dñi. N. Iesu-Christi Sanguine redemptas, pestifera tabe inficiant, & in æternæ damnationis periculum adducant. Cum itaqù dudum in cauernis cuiusdam montis, & alibi prope Ciuitatem Granaten. repertæ fuerint quædam laminæ plumbeæ, ac membrana, seu chartæ Arabico sermone, atqù charactere exaratae, in quibus ex Arabico in Latinum idioma fideliter versis, seu translati repertum est contineri libros infrascriptos videlicet: Liber fundamentorum fidei. Liber de essentia veneranda. Liber ordinationis Missæ Iacobi Apostoli, Oratio, & Defensiuim Iacobi filij Samechi Zebedei Apostoli ad omnes adversitates. Liber Beatissimi Apostoli Iacobi filij Samechi Zebedei de prædicatione Apostolorū, Planctus Petri Apostoli Vicarij. Liber rerum præclaræ gestarum Dñi. N. Iesu, & miraculorū eius, & Matris eius Mariæ S. Virginis. Liber Historiæ certificationis Euangeli. Liber donorum præmij. Liber mysteriorū magnorum. Liber colloquij S. Mariae Virginis. Liber Sententiarum circa fidem. Liber Historiæ sigilli Salomonis. Liber assequibilium diuinæ potentiae. De natura Angeli, & eius potentia. Liber relationis doni domus pacis, & tormenti domus vindictæ. Liber rerum præclaræ gestarum Iacobi Apostoli, & miraculorū eius. Pars Secunda libri rerum præclaræ gestarum Iacobi Apostoli. Nos eorundem librorum, ac membranæ, seu chartarū in eisqù contentorum discussionem nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica deputatis specialiter cōmisimus. Qui mandatis nostris obsequiū auditis Qualificatoribus Theologis, & in pluribus Congregationibus mature discussis varijs propositionibus, tā quoad dogmata, quā quoad Historiā Ecclesiasticam, excerptis ex libris supradictis iuxta illorū versionem, seu translationē cōmuniter approbatā per interpretes à fel. recor. Innocentio P.X. prædecessore nostro deputatos, collatisquè eisdem præpositionibus etiam cū versionibus alias in Hispania factis, & ad Sedē prædictā transmissis, vñanimi consensi censuerunt, si Nobis placeret, deueniendū esse ad prohibitionē, & dānationē dictorū librorū, omniūquè in laminis plūbeis, & mēbrana, seu chartis prædictis contentorum: cum falso tribuantur Beatissimæ Virginis Mariæ, & Santo Apostolo Iacobo maiori, aut ipso dictante eius discipulis Thesiphoni, & Cecilio, imò sint pura figura humana, imperniciem Catholicæ fidei cōposita, & respectuè contineant haereses, atque errores ab Ecclesia Catholica dānatos, ac aduersentur litteræ Sacrae Scripturæ, & expositioni Sanctorū Patrū, & vñi Ecclesiæ, quin etiā plura redoleant Mahometismū, nec parū inducere videantur fideles ad Sectā Mahometi, & eius Alcorano, & alijs Mahometanorū impurissimis libris, non modica illorū pars agnoscitur transcripta. Itaqù Catholicæ fidei conseruationi, ac omniū Christi fidelium curæ nostræ diuinitus cōmissorū animarū saluti, quantū nobis exalte conceditur, prouidere cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, laminas plūbeas prædictas, cū mēbrana, seu chartis supra descriptis, & libros ex illis versos supradictos, ac in eis cōtentis quæcūque, tenore præsentū dānamus, & reprobamus, ac pro dānatis, & reprobatis perpetuò haberidebere decernimus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidei libris, cuiuscunque status, & conditionis sint, ne earundē laminarū, & mēbranæ, seu chartarū, & ex eis versorū librorū huiusmodi exéplaria, seu copias legere, aut penesse retinere audeant, quouis modo, seu præsumant, sub poena excōmunicationis latæ sententiæ, cuius a bōsolutionē nemō à quoquā nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente: (præterquā in mortis articulo constitutus) valeat obprohibemus, & interdicimus, volentes, & Apostolica authoritate mandantes, vt quicunque exéplaria, seu copias huiusmodi periles se habuerit, illas, & illa statim atque præsentes litteræ ei innotuerint locoru. Ordinarijs, vel hereticæ prauitatis Inquisitoribus autoritate postolica deputatis tradere, atque consignare teneatur, qui illico cuncta cōburant. Insuper omnibus Concionatoribus, Lectoribus, & professoribus Sacrae Theologiæ, ac Expositoribus sacrarū litterarū sub pari excōmunicationis poena interdicimus similitè, & prohibitimus, ne vñlo tempore, vel quovis prætextu audeant, aut præsumant in concionibus, lectionibus, vel scriptis vti authoritate, vel testimonijs dictarū laminarū, mēbranæ, seu chartarū vt supra descriptarū, aut eas in quibusvis actibus allegare, nisi ad confutandū, reprobandū & damnandū falsam doctrinā, falsasquè reuelationes, in eis contentas. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis cæterisquè contrarijs quibuscūque. Vt autē eadem præsentes litteræ ad omniū notitiam facilius perducantur, nec quisquā illarū norantiā valeat allegare. Volumus pariter, & authoritate prædicta decernimus, vt illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorū, ac Cancellariæ Apostolice, & in acie Capi Floræ de Vrbe, per aliquē ex Cursoribus nostris, vt moris est publicentur, illarūquè exéplaria ibi affixa relinquantur, ita vt sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde affiant, ac si vnicuique illorū personæ literæ, & intimatæ fuissent: vtquè ipsarū præsentū litterarū transumptis, seu exéplis etiā impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadē prorsus fides tā in iudicio, quā extra illud vbiquè locorū habetur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annullo Piscatoris, cvj. Martij M.DC.LXXXII. Pontificatus nostri. Anno Sexto.

I.G. Slusius.

Die 28. Septembris 1682. supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolice, & in acie Campi Floræ de Vrbe, Pa. S. Officij, & in alijs locis solitis, & consuetis Vrbis per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ, & Sancti s. Inquisitionis Cursorum,

Por tanto la presente mandamos á todas, y qualquier personas, ays Ecclasticas, como Seculares, de qualquier estado, dignidad, y condicion que sean, y como maya lugar de derecho contra los q̄remisos, è nobedientes fueredes. Y os encargamos, y mandamos, q̄ como quiera q̄ entendays se contraviene á lo mandado el dicho Breve, en qualquiera manera que sea, lo denuncies, y delares ante Nos, ó ante qualquiera Inquisidor de los Reynos, á quien privatamente toca, y puece su conocimiento, ó ante qualquier Comisario del Santo Oficio, dentro de diez dias, que comiencen á correr desde el dia de la publicacion de este Edicto qual alsi hazed, y cumplid, pena de excomunion mayor latè tentatiæ, Trina Canonica monitione præmissa, y de ducientos ducados para gastos del S. Oficio contrario haciendo. Y mádamos, que este nuestro Edicto se publique en todas las Iglesias Metropolitanas, Cathedrales, y Colegiales de los Reynos de su Majad, y en los Lugares Cabecas de Partido: y que de su lectura se fixe traslado, ó testimonio autentico en vna de las puertas de dichas Iglesias, donde no tareys sin licencia de los Inquisidores de cada Distrito, so la dicha pena de excomunion, y de cincuenta ducados. En testimonio de lo qual mandamos darnos la presente firmada de nuestro nombre, y sellada con nuestro Sello, y refrendada del Secretario del Consejo de la Santa General Inquisition infra scripta en Madrid à dias del mes de Noviembre de mil seyscientos y ochenta y dos años.

